

28294



*Pub. Lib. Cont. S. M. S. S. S.*

# DILECTIONIS PORTENTVM

In Oratorio Archiconfraternitatis

SANCTISSIMI

# CRUCIFIXI

PER FLAVIVM LANCIANVM ROMANVM

Basilicæ Sanctæ Mariæ Transtiberim  
Phonascum .

*Feria VI. Quatuor Temporum Quadragesimæ  
Harmonicè expressum .*



CONSERVATORIO DI MUSICA B. MARCELLO - A  
FONDO TORREFRANCA  
LIB 1060  
BIBLIOTECA DEL VENEZIANI


ROMÆ, Typis Ioannis Francisci Buagni. MDCCH.  
*Superiorum permissu .*

*Pub. Lib. Cont. S. M. S. S. S.*

# ARGOMENTO.

**I**L Mistero, da *Mente* creata *incomprensibile*, della *INCAR-*  
*NATIONE DEL VERBO*, all'ora che *fù* da Dio *rivela-*  
to à gli *Angioli*, eccitò tale *invidia* in *Lucifero*, che con la *terza*  
*parte* di quei *Spiriti* si *ribellò* dal suo *Creatore*; ne andò la sua  
*fellonia* *impunita*, poiche dal *Prencipe* di quelle *beate Schiere*  
*Michele*, *fù* *Lucifero* con i suoi dal *Cielo* *sbandito* nel seno del-  
le *tenebre*. Tentò ogni *sforzo* quel *Contumace*, per suo *consuo-*  
lo, di *far cadere* l'*Vuomo*, come li riuscì, resoselo *Consocio* nel  
suo *Esiglio*. *Mà* l'*Amore* di un *Dio*, che volle nello *stesso*  
*tempo* e che ritornasse in *libertà* l'*Vuomo*, e restasse *incatena-*  
to *Lucifero*, operò nella *pienezza* de' *Tempi* l'*ineffabil* *Mistero*  
da tanti *Secoli* *sospirato*:

Per dimostrarne espresso,  
L'Ingannator dal proprio inganno oppresso.



Ex Libris  
Fausto Torrefranca

MICHAEL Princeps Angelorum.

LVCIFER Dux Demonum.

ADAM  
HEVA Protoparentes.

ANIMÆ Limbi.



PARS PRIOR.

*Mich. & Lucif.* **V**icimus,  
*Mich.* Rebelles iecimus,  
*Luc.* Triumphum ducimus.  
*Mich.* Nos pro Cælo dum pugnaui-  
*Luc.* Nos in Cælum mus:  
*Mich.* Deo, non Nobis  
*Luc.* Nostram Nobis  
*Mich.* Voluntatem  
*Luc.* Libertatem vindicauimus.  
Vicimus &c.

*Mich.* Preualuit, vicit Deus:  
Dei virtute est eiectus,  
In ruinas proiectus Hostis meus.

Infelix quomodo  
Lucis fulgores  
In tuos horrores  
Tu commutasti:  
Quia super nubibus  
Te posuisti,

Tu cecidisti,  
Dum te exaltasti;  
Infelix &c.

*Luc.* Lucifer inter Cælites  
Dux primus, suam ne lucem inclinabit?  
Fulgor ne vester, Milites,  
Hominis vilitatem adorabit?

Cum vapores Sol attollit  
Sordes amat Solis Frons:  
Æquo nimis aduersatur,  
Ut lapillus inspiciatur  
Supra Colles velut Mons,  
Cum &c.

*Mich.* Perдите, in tua nequitia  
Quia potens es, gloriaris in malitia:  
Mendacijs plena  
Tua fileat Vox:  
Pro die serena  
A te quæ recessit,  
Æterna successit  
In Inferis Nox,  
Mendacijs &c.

Deprimit Cæli Sator  
Tui Similes, Humilium munerator:

*Luc.* Hominis calcaneo  
Cum insidiabor,

*Mich.* Cum insidiaberis,

*Luc.* Ut Rex dominabor,

*Mich.*

*Mich.* Non dominaberis!  
Vah superbe, inuide cæde,  
Rue in lacum tormentorum:  
Quæ tu iactas, cede, trade  
Regi vnico Cœlorum,  
Vah &c.

*Adam* Voluptatis deliciæ,  
Eccine declinastis in momento!

*Hena* Qua pena, quo tormento  
Nos cruciat dira fors!

*Ad.* Fera implacabilis

*He.* Inexorabilis

*Ad. &* Animam, quæ peccauit, occupat Mors:  
*He.*

*Ad.* En super Prata  
Ornata,  
Ut me transfigat, vertitur  
In spinas omnis flos:  
Non amplius pluit,  
Fluit,  
Ut langueam, ut deficiam,  
Cœlestis ille ros,  
En super &c.

Sic omnium possessor,  
Omnia amisi, quia Legis fui transgressor:

*He.* Mea viscera  
Non vitæ, morti peperit  
Incauta Parens:

A 4

Infer.

Infelix Proles,  
Per me misera doles  
Delicijs carens.

Mea &c.

*Ad.* Heu quomodo Adæ est datum

Vesci pane in sudore!

*He.* Heu parere in dolore

Heuæ mandatum.

*Luc.* Surge, triumpha Lucifer,

Gaudete socij in me:

Omnes in Adæ crimine

Mihi seruiendo, subiacent,

Et lacrymarum sonitu

Suspirant sine spe.

Surge &c.

Hæc gloriosa trophæa

Retulit, cum pugnavit manus mea.

*He.* Quo me duxit exul Pes,

Fallax Cor nunc frustra videt:

Ambitiosa quia tu es,

Ploras Heua, Serpens ridet.

Quo &c.

Vtinam lacrymarum

Fontem fundere amarum

Ego queam,

Vt tergere in me valeam culpam meam.

*Ad.* Ob scientiam, quam amavit,

Erravit nostra Mens:

Ocu-

Oculis pōnum gratū

Ingratum nouit Dens:

Ob scientiam, &c.

*He.* Anguis inuide,

*Ad.* Serpens callide,

*He. & Ad.* Tu decepisti Nos arboris fructu:

Sic diuisus

A nobis est risus

Pectora nostra sunt repleta luctu:

Anguis &c.

*Luc.* Quam subito, quam rapide

Homo, quem iam ad Astra elegit Deus,

Subditus iacet meus

In sua captiuitate.

*Mich.* Sile ad atra damnate,

Vmbras in fronte geris,

Ligno etenim, quo victor, victus eris.

Quis sicut Deus,

Qui Author est meus,

Per quem tu preceps ad ima ruiſti:

Cui tu decorem,

Negasti, & honorem,

Genitrix alma te conteret Christi.

Quis &c.

Ipsa per filium suum

Confringet, conquassabit Caput tuum.

*Luc.* Non tibi plaude,

Quod potes aude

Cer-

Certando in me  
 Tertiam, quam attulit  
 Quam Cælo sustuli,  
 Aciem armabo,  
 Parabo in te.

Non &c.  
 Nostra sat est fortuna  
 Cum hominem in cuna cumulauimus.  
 Vicimus &c.



PARS



# PARS ALTERA.

*Luc.* **A**gmina mei consortia  
 Ad fortia  
 Roboramini;  
 Videte, & enarrate,  
 Quam preclara,  
 Quam rara  
 Sit vestri Ducis gloria,  
 Et qualia mihi tribuat mea Victoria.  
 Homo sub cuius pedibus  
 Subiecta fuerant omnia, ecce in compedibus,  
 Gemit, vt Vos lætitia induamini;  
 Mihi ergo decantate  
 Laudis ore plenissimo  
 Non similis, sed maior es Altissimo.

Sua trophea  
 Hæc manent mea,  
 Ego per ea  
 Sum speciosior:  
 Hanc predam adimat,  
 Si valet, redimat

Et

Et gloriabitur  
Me gloriosior :  
Sua &c.

Sunt Hominum tormenta  
Lucifero Coronę, & ornamenta.

*Adam* Quando nos consolaberis  
Vnica cordis Pax :  
Per feminam qui cecidit,  
Per feminam deturgere  
Tuę Pietatis Fax  
Quando &c.

Lumine tuę facis  
Dirige in viam pacis  
Ut iurasti,

Ad imaginem tuam quos tu creasti

*He.* Esto placabilis,  
Reatum dilue :  
Cui proprium parcere  
Amoris Fons :  
Tuas nostris precibus  
Aures accommoda,  
Ut per te hilaris  
Refurgat Frons.  
Esto &c.

*Anim. Limb.* Ut promisisti Habraam,  
Sint dies nostri pace pleni,  
O Rex Gloriae, ò Emanuel veni.

*Mich.* Cesset Plorantium clamor,

Est

Est lacrymarum Vox à Deo audita ;  
De Deo triumphauit Amor.  
Ipse sua maiestate exinanita,  
A summo Cęlo egressus,  
Intra Virginis claustra est hodie ingressus :

In sua domo

Est Factus Homo  
Propter Hominem nunc Deus :  
Hodie ex imo  
Terrę limo  
Reuiuixit Homo reus.

In &c.

*Ad.* Quę Nobis nuncias gaudia

Æterni gaudij Nuncius ?

*Mich.* Celestem Terrę rorem

Cęli quia rorauerunt,  
Vobis germinauerunt  
Saluatorem.

Et fausto Mundi exitu

Corruptę maledictio  
Per Virginem euasit benedictio

*Ad.*

O culpa felix vere,  
Quę meruisti habere  
Deum Redemptorem :  
Qui nostri iam Creator  
Tu nostri hodie Saluator  
Auges amorem,  
O culpa &c.

*Mich.*

*Mich.* Veris reorum fletibus  
Tactus, cum pius intendit,  
Vt ascenderet Homo, Deus descendit

*He.* Dum Gratiae lucet dies,  
Penarum cedit Nox:  
Aduenit cara quies,  
Annunciat Cæli Vox.  
Dum &c.

*Mich.* Gaudete, en Arcum Fæderis  
Posuit Mundo pia  
Media inter Deum, & Hominem Maria.  
Fecundam Virginem, Matrem purissimam  
Non strinxit laqueis communis Lex:  
Quia in primo instanti sua luce muniuit  
Quam concupiuit à seculis Rex.  
Fecundam &c.

Per eius humilitatem  
Captiuam Deus ducet captiuitatem.

*An. Limbi.* O nobis iucunda,  
Letabunda vox beata,  
Nobis vere fortunata.

*Luc.* In Luciferum heu qualis  
Nova furit furendo ira fatalis?  
In his latebris dolorum  
Quenam gaudij surgit Lux:  
Heu quo turbine furorum  
Agitatur Stigijs Dux  
In his &c.

Per

Per terrestria, per æthera  
Spiritus procellarum fuscitabo;  
De absconditis egrediar,  
Aggressores aggrediar.  
Fulminabo.

*Ad.* O Cæli Pietas

*He.* O Dei Charitas

*Ad. & He.* Quanta, qualis est in Nos?

*Ad.* Ad Astra vt reuocet,

*He.* Cum suis, vt collocet,

*Ad. & He.* Nunc apparuit Campi flos.  
O Cæli &c.

*Mich.* Hoc completum, & vobis enunciatum,  
Lucifero celatum  
Sacramentum

Almæ Dei DILECTIONIS est PORTENTVM.

Omnes letamini

Repleti spe:

Deo confitemini,

Deo modulamini,

Pro vobis omnibus

Qui dedit se.

Omnes &c.

F I N I S.

*Ph. Capiſtrellius.*